

OPUSCULA ET TEXTUS  
HISTORIAM ECCLESIAE EIUSQUE VITAM ATQUE  
DOCTRINAM ILLUSTRANTIA

SERIES SCHOLASTICA ET MYSTICA

EDITA CURANTIBUS  
M. GRABMANN ET FR. PELSTER S. J.

FASC. II

GUIDONIS TERRENI

QUAESTIO

DE MAGISTERIO INFALLIBILI  
ROMANI PONTIFICIS

QUAM EDIDIT

P. BARTHOLOMAEUS M. XIBERTA O. CARM.



MONASTERII 1926  
TYPIS ASCHENDORFF

GUIDONIS TERRENI  
QUAESTIO  
DE MAGISTERIO INFALLIBILI  
ROMANI PONTIFICIS

QUAM EDIDIT  
P. BARTHOLOMAEUS M. XIBERTA  
O. CARM.  
ROMAE IN COLLEGIO S. ALBERTI  
LECTOR



MONASTERII 1926  
TYPIS ASCHENDORFF

**Cum facultate superiorum ordinis.**

---

**IMPRIMATUR.**

**Monasterii, die 4. Maij 1926.**

**Nr. 2585.**

**Meis**

**Vicarius Eppi Gnlis.**

1. Guido Terreni (Guillem Terré) seu de Perpiniano pertinet ad generationem magistrorum, qui secundo decennio saeculi XIV Universitatem Parisiensem decorarunt.

Natus Perpiniani circa septimum decennium saec. XIII, a pueritia professus est ordinem B. V. Mariae de Monte Carmelo. A Johanne Baonthorp inter maximos discipulos recensetur Godofredi de Fontibus, quod quidem et testimonio ipsius Guidonis et indole doctrinarum comprobatur. Magisterium theologiae in Universitate Parisiensi obtinuit ante annum 1313. Usque ad annum 1317 aut 1318 theologiae docendae videtur incubuisse, quo tempore opera scholastica elucubravit: sex quolibeta, tredecim quaestiones disputatas, duodecim quaestiones ordinarias et commentarios in opera Aristotelis, ex quibus ad nos usque pervenerunt quaestiones in sex priores libros Ethicorum et fragmenta quaestionum in libros De anima. Commentarium etiam in libros Sententiarum confecit, sed non nisi pauca fragmenta supersunt.

In evolutione doctrinae scholasticae Guidoni Terreni locus competit plene definitus. Etenim in periodo immediate praecedenti nominalismum Guilelmi Ockham Doctor Brevo-loquus<sup>1</sup> cum Johanne de Poliaco princeps erat extremi aristotelismi per Godofredum de Fontibus instaurati, cuius fundamentale principium erat absoluta oppositio actum inter et potentiam, unde consequebatur intellectualismus non multum ab optimismo psychologico differens. At opinionibus tunc dominantibus cedens in oppositione ad formalitates Scotti nonnullas theses prae-nominalisticas aristotelismo annexuit. In creanda insuper schola carmelitana praecipuas habuit partes, tum quia inter primos doctores Parisienses facile est optimus, tum quia Johannis Baonthorp, qui caput illius scholae vocatur, fuit magister.

---

<sup>1</sup> Hoc titulo Guido Terreni ornatur in catalogis saec. XV. In aliis codicibus appellatur Doctor mellifluus, et Doctor catholicus et profundus ac solemnis.

A. 1318 Prior Generalis ordinis Carmelitarum fuit electus. Sed activitatem practicam praecipue exercuit ut episcopus Majoricae (1321—1332) et Elnae (1332—1342). Praeter regimen dioeceseos et frequentes legationes politicas pro regibus Aragoniae et Majoricarum plurima negotia fidem spectantia a Johanne XXII, cui erat addictissimus, habuit commendata. Potissimum in repressione beguardorum et partis spirituallium ordinis Minorum vires atque studium impendit. Jam ante 1321 simul cum Petro de Palude censuram tulit adversus librum beguardi cathalani nobis incogniti. A. 1323 opusculum De perfectione vitae composuit, quo doctrinam tueretur Johannis XXII de paupertate evangelica. Exinde controversiam initit contra Bonamgratiam de Pergamo. Adversus eosdem spirituales nonnullas actiones judiciales instituit, quarum celeberrimae sunt illae contra fr. Bernardum Fuster O. M. et contra nobilem Adhemarum de Mosset. Quibus si addamus ejus operam adversus errores Defensorii pacis Johannis de Janduno ac Marsili Patavini atque adversus judaeos, zelus fidei, quo edenda quaestio inspiratur, erit plane manifestus.

Tempore episcopatus a libris scribendis minime quievit. Hujus enim temporis sunt opera, quae majorem illi conciliarunt famam, scilicet De perfectione vitae, Concordia quatuor evangeliorum, Commentarium super Decretum Gratiani et Summa de haeresibus. Obiit Avinione die 21 augusti 1342.

2. Quaestio de infallibili magisterio romani pontificis invenitur paucis mutatis cum in Concordia quatuor evangeliorum tum in Commentario super Decretum Gratiani. Concordiam scripsit Guido inter annos 1328 et 1334. Etenim non multo post libri initium impetit antipapam Nicholaum V, qui mense aprilii 1328 fuerat a Ludovico Bavarо in sedem apostolicam intrusus et 1330 legitimo pontifici se subjicit; eam autem perfecit, postquam ad sedem Elnensem fuit translatus (1332), et ante mortem Johannis XXII. Commentarium super Decretum a. 1336 vel 1337 coepit atque a. 1339 absolvit.

Textum edidimus prout in Concordia est positus. Variantes Commentarii, nisi ordinem tantum verborum affecerint, in apparatu critico allegavimus. Id vero quod in fine quaestio, nisi addidit Guido in textum ipsum visum est recipiendum-uncis [ ] obsignatum.

Usi sumus unico codice Concordiae: Vatic.-Rossiano 1065 [cartac. ff. 466, 41×29 cm. (2 col.) saec. 15]. Textus habetur in ff. 393<sup>r</sup>—395<sup>v</sup>.

Commentarium super Decretum consultationi patuit in cod. Vat. lat. 1453 [membr. ff. 281, 46×30 cm (2 col) saec. 14] in ff. 152<sup>r</sup>—153<sup>v</sup>.

Hujus Commentarii alii codices sunt: Cod. lat. 3914 Bibl. Nat. Paris; cod. 1610—1611 Bibl. Vitt.-Em. Romae (Fondi minori—mss. Transpontina 14—15).

Concordia praeterea asservatur Parisiis in Bibl. Nat. codd. lat. 646B; 1761; in Bibl. Mazarine cod. 299.

Ea typis edita est Coloniae a. 1632 ex codice, ut videtur, conventus Carmelitarum Coloniensis, nunc forte deperdito. Sed quia editor textum originalem non parum immutavit, sola ed. Col. nequit studii critici fundamentum esse. In ea textus habetur pp. 895—900.

3. Saec. XIV auctoritas summi pontificis plures passa est oppugnationes. Assentatores regis Philippi Pulchri ac beguardi nonnullique fratres Minoris spirituales atque sectatores Ludovici Bavari conati sunt summam romani pontificis potestatem, sibi quippe adversam, labefactare. Guido in hac quaestione auctoritatem doctrinalem sedis apostolicae in universo tuetur, speciali tamen respectu habitu de controversia Minorum spiritualium. Hi enim, cum Johannes XXII constitutione *Quia quorundam obrogasset* decretum Nicolai III *Exit qui seminat*, quo bona ordinis Minorum in proprietatem s. sedis assumebantur, validitatem novae ordinationis in jus vocarunt eo nixi titulo, quod acta romani pontificis sint irreformabilia; at eo usque progressi sunt, ut Ludovici Bavari apertae rebellioni et schismati consentirent.

Primo intuitu videretur forte auctor infallibilitatem pontificis ita coarctasse, ut consilium cardinalium esset

conditio necessaria. Sed accuratius textum legenti facile patebit illud nihil esse aliud quam curialem locutionem, ut privatas opiniones a publicis sententiis pontificis discernantur.

4. Bibliographia. De auctore: Fr. Monsalvatje, El Obispado de Elna (Olot 1911—1915) t. 1 pp. 222—232. Jo. M<sup>a</sup> Vidal, Procès d'inquisition contre Adhémar de Mosset, noble Roussillonnais inculpé de Béguinisme, 1332—1334: Extractum ex Revue d'histoire de l'Église de France (Perpiniani 1912). Barth. Xiberta, De Magistro Guidone Terreni, Priore Generali Ord. Carm. Episcopo Majoricensi et Elnensi: Analecta ordinis Carmelitarum 5 (Romae 1924—1925) 113—206. Idem, La Metafísica i la Psicologia del Mestre Guiu Terré Carmelita, Bisbe de Mallorca i d'Elna: Anuari de la Societat Catalana de Filosofia 1 (Barcelona 1923) 165—212. Idem, El Tomisme del Doctor Breviloc Guiu Terré: Miscel·lània Tomista (Barcelona 1924) 81—96. Idem, De doctrinis theologicis Magistri Guidonis Terreni: Analecta ordinis Carmelitarum 5 (Romae 1925) 233—376. De quaestione ipsa conferri potest quodlibet manuale theologiae dogmaticae.

R = codex Vat.-Rossianus 1065 continens Concordiam quatuor evangeliorum.

V = codex Vaticanus latinus 1453 continens Commentarium super Decretum.

Col = editio Coloniensis 1632 Concordiae quatuor evangeliorum.

---

<sup>1</sup> Longe imperfectius hunc conceptum expressit Hervaeus Natalis, *De potestate Papae* (ed. Par. 1647), p. 365: „Licet Papa ut singularis persona et proprio motu agens possit errare . . . tamen Papa utens consilio, requirens adjutorium universalis Ecclesiae . . . non potest errare . . . nec tamen, si Papa ut singularis persona sententiat errorem, teneat vel sequitur, quod auctoritas ejus obliget ad illam sententiam tenendam.“ Nihilominus p. 371 adjungit: „quando in apostolico consilio apostolica instituuntur, tota auctoritas dans vigorem statutis est in solo Papa, sed alii possent facere ad directionem consulendo et orationibus . . .“.

Queritur, utrum illud quod summus pontifex cum t. 393<sup>r</sup>  
consilio fratrum suorum dominorum cardinalium statuit  
fide credendum et ab omnibus fidelibus firmiter esse  
tenendum et oppositum tenentes decernit esse hereticos,  
5 possit successor revocare et oppositum statuere.

Et videtur quod sic: Quia illud quod est ab  
homine statutum, potest esse falsum et erroneum, cum  
omnis purus homo viator possit errare. Sed error in  
fide non est sustinendus immo est corrigendus ut patet  
per Augustinum I<sup>o</sup> De trinitate<sup>1</sup>. Ergo quod  
statuit unus summus pontifex, cum possit esse irro-  
neum in fide, potest per successorem et debet corrigi  
et revocari ac oppositum statui.

Quod autem summus pontifex possit in fide errare  
15 probatur: tum quia Petrus erravit in fide negando  
Christum; tum quia dicitur quod tota fides in passione  
remansit in beata Virgine; tum quia Petrus erravit in  
observancia legalium ut patet Galat. II<sup>o</sup> [11], et Paulus  
restitit sibi, quia reprehensibilis erat non recte am-  
20 bulans in veritate evangelii; tum quia Anastasius papa  
favit Achassio et Fotino et voluit reducere Achassium<sup>2</sup>;

---

*Ad titulum:* Utrum que romanus pontifex cum consilio fratrum  
statuit fide credendum possit continere errorem contra fidem  
V consilio] concilio Col esse<sub>1</sub> om Col et<sub>2</sub> om Col decernit]  
etiam decernendo Col esse<sub>2</sub> om Col  
16 tota om Col 19 et non V

<sup>1</sup> Hunc conceptum evolvit Augustinus De trinitate I, 1—3  
ML 42, 819—823.

<sup>2</sup> Gratianus Decretum p. I d. 19 cc. 8—9. ed. Friedberg 63 sq.

tum quia iura supponunt quod papa possit esse hereticus, cum propter heresim possit deponi<sup>1</sup>; tum quia Cyprianus statuit baptizatos in heresi et ab hereticis eciam in forma ecclesie rebaptizandos esse.

In oppositum videtur: Quia Salvator ait 5  
 Luc. XXII<sup>o</sup><sub>1+2</sub>: Symon, rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Tu autem aliquando conversus confirma fratres tuos. Et istud dictum secundum beatum Tho-  
 nam secunda secunde q. I<sup>a</sup> ar. X<sup>o</sup> est intelli-  
 gendum de summo pontifice, ad quem spectat causas 10  
 maiores et pertinencia ad fidem sentencialiter deter-  
 minare, et ad ipsius actoritatem qui preest toti ecclesie, ut unitas fidei in omnibus fidelibus servetur; quod fieri non posset, nisi questio orta de fide determinaretur per eum qui toti ecclesie preest, cuius actoritate senten-  
 cialiter determinata circa ea que sunt fidei sunt ab omnibus inconcussa fide tenenda. Et beatus Thomas in soluzione secundi argumenti dicti articuli expresse dicit quod edicio novi simboli interdicitur privatis personis, sed non prohibetur fieri actoritate universalis 20  
 ecclesie, que est in summo pontifice. Unde propter precedentem sinodum non prohibetur sequenti synodo novam simboli edicionem facere non quidem aliam fidem continentem, sed eandem magis explicitam vel expositam. Igitur secundum beatum Thomam non 25  
 potest summus pontifex, cuius actoritate synodus con-

---

2 et de heresi accusatus add V 3 baptizatos] lapsos V revertentes ad fidem rebaptizandos V 6 Symon] Petre post pro te V 7 Et tu Col 16 fidei om R 17 concussa R 22 in sequenti Col 24 eam magis explicite veram V

<sup>1</sup> L. c. p. I d. 40 c. 6 Friedb. 146: „Huius culpas istic redargueret presumit mortalium nullus, quia cunctos ipse iudicaturus a nomine est iudicandus, nisi deprehendatur a fide devius.“

gregatur et cuius sentencia confirmatur, determinare aut statuere seu facere constitutionem aliam fidem continentem et contrariam in fide ei quam predecessor fecit.

5 Sic Magister I<sup>o</sup> Sentenciarum, dist. XI<sup>a</sup> illud Leonis pape „qui pro amore fidei et cautela transcriptum simboli in tabula argentea post altare beati Pauli posita posteris reliquit,— in quo quidem symbolo in processione Spiritus Sancti solus Pater nominatur —

10 in fine cuius positum est »qui aliud tenuerit vel aliter predicatorerit, anathema sit« exponit: „Qui aliud, id est contrarium tenuerit vel aliter predicatorerit, id est contrario modo. Aliud ponit pro opposito. Qualiter et Apostolus in epistola ad Galatas<sup>1</sup> ait »qui

15 aliud docuerit« id est contrarium »anathema sit«. Non dicit »si quis addiderit«, nam si illud diceret, sibi ipsi ut ait Augustinus<sup>2</sup> preiudicaret, qui cupiebat venire ad Tesalonicenses, ut suppleret que illorum fidei deerant.

Qui enim supplet quod minus erat addit, non quod

20 inerat tollit; qui autem pretergreditur fidei regulam, non accedit ad viam, sed recedit a via.“ Igitur secundum Magistrum quod statutum est circa pertinencia ad fidem per priorem determinacionem, non potest contrarium teneri aut predicatori seu statui, sed potest

25 suppleri aut declarari et explicari.

Iterum. Omnes fideles inconcussa fide tenentur credere firmiter et nullatenus dubitare esse verum quod

5 secundum magistrum sentenciarum V sic magister-explicari om Col et loco citationis sensum compendiose referit. 7 altare] dictum V 16 si<sub>1</sub>] sed R 17 ut dicit I thessaloni. III add V

<sup>1</sup> Gal 1, 9.

<sup>2</sup> Tract. 98 n. 7 in Jo. ML 35, 1884.

ecclesia statuit et determinat fide credendum, presertim postquam sibi constiterit hoc per ecclesiam statutum et determinatum esse; et cadit sub articulo una m  
 sanctam catholicam ecclesiam. Igitur si ecclesia in determinando aliquid circa fidem erraret 5  
 contra fidem, tunc omnes fideles, qui tenentur determinacionem ecclesie sequi, errarent et deflicerent a vera fide et tota ecclesia esset in errore contra fidem. Quod non potest esse, quia Christus ait „vobiscum sum usque ad consummacionem seculi“. Et ipse in Petro rogavit, 10  
 ne deficeret fides ecclesie. Ergo ecclesia fundata supra firmam petram in confessione vere fidei, in cuius circuitu veritas non cadit a vera fide nec porte inferi possunt prevalere adversus eam. Unde in hiis que statuit et determinat quantum ad fidem non errat a 15  
 veritate fidei aut scripture sacre, quia in hiis regitur a Spiritu Sancto, qui docet omnem veritatem et repellit omnem falsitatem, que recte fidei adversatur iuxta illud Prov. VIII<sup>17</sup>: „Veritatem meditabitur gutur meum et labia mea detestabuntur impium.“ 20

Iterum. Assensus omnis, qui est circa aliquid cum possibilitate ad oppositum, includit formidinem nec est assensus firmus nec firmiter assentit quis per illum, quia assentit cum possibilitate ad oppositum. Unde firmus et invariabilis assensus circa aliquid requirit 25  
 i. 393<sup>v</sup> quod oppositum eius non possit esse verum, sed omnino falsum; propter quod demonstracio, que causat assensum invariabilem, est ex necessariis et que non possunt

---

4 et ecclesiam R 9 Matth. 28, 20 add Col 9 sum om R  
 13 fide om R 14 quel sedes apostolica add V 15 et om RV  
 16 sacre om V 26—28 esse verum—invariabilem est om R  
 esse verum et sit ex necessariis Col

aliter se habere. Similiter fides, virtus theologica, est de necessariis et cui non potest subesse falsum, quia innititur prime veritati, ut sancti et doctores dicunt, alias non faceret assensum firmum et invariabilem.

5 Igitur credens ex actoritate ecclesie statuentis et determinantis ac declarantis illud fide credendum, circa quod tamen ecclesia potest errare, ut dicitur, et deviare a fide vera, credit illud verum possibile tamen falsum esse et non tanquam infallibile verum, et per consequens credit illud cum formidine et non firmiter, sed cum dubio erroris possibilis. Ergo sic credens esset fluctuans et dubius ac infidelis.

Et confirmatur: Quia in hiis que ecclesia determinat fide credenda, que evidenter ex scriptura sacra non 15 habentur, si in hiis posset ecclesia errare, fluctuant fideles, an ecclesia errasset vel non; et qua ratione prima determinacio in talibus que evidenter ex scriptura non habentur iudicaretur falsa et revocaretur, eadem ratione posset sequens determinacio ecclesie 20 revocari, quia quod videtur uni verum in talibus, videtur alteri falsum et e converso.

Et iterum: Per hanc viam fides catholica in hiis que per ecclesiam determinarentur credenda que evidenter non haberentur ex scriptura, si talis determinacio 25 mutabilis et revocabilis esset, iam non inniteretur infallibili veritati, sed humano iudicio fallibili, et sic in hiis periret certa et stabilis ac firma adhesio in hiis

---

3 sancti patres *Col* 4 alias] esse verum et sic add R  
 5 determinantis] definientis *Col* 7–8 ut—a fide] ut in determinare de fide *Col* 16 erravisset *Col* 18 iudicarentur V revocarentur V 20–21 quia—e converso om *Col* verum] qui add R 24 habentur *Col* 25 iam om *Col*

credendis fide, quia tunc quilibet fluctuaret dubitans, an ecclesia verum determinasset vel non. Et sicut dicit Augustinus VII<sup>o</sup> Confessionum cap.<sup>o</sup> XIX<sup>o</sup><sup>1</sup> de scriptura sacra, quod „si in ea falsa scripta essent, iam omnia periclitarentur mendacio, neque in illis litteris 5 ulla fidei salus generi humano remaneret“, sic eciam cum declaracio ecclesie reperiretur falsa in fide, eadem ratione et sequens esset suspecta quod esset falsa: et si aliquibus sequens determinacio videretur magis concordare scripture sancte et predicacionibus 10 sanctorum, sic videretur aliis quod prima magis concordaret. Et sic nulla firmitas, nulla concordia, nulla stabilitas in fide ecclesie remaneret, immo rationabiliter posset dubitari quod, sicut prima determinacio revocatur ut falsa contra veritatem fidei per sequentem, 15 sic sequens revocaretur per aliam sequentem, cum par in parem non habeat imperium; et per consequens sequerentur scismata inter fideles et derisio fidei apud infideles.

Iterum. Cum in hiis que ecclesia determinat fide 20 credenda credatur propter auctoritatem ecclesie post Deum, non potest esse maior firmitas in credulitate quam in auctoritate propter quam credatur, quia „propter quod unumquodque et illud magis“ et maior est certitudo in medio quam in conclusione. Sed credulitas fidelium in hiis que ecclesia determinat fide 25

1 quia eciam V 3 XIX<sup>o</sup> om R 4 scriptura esset R Col  
7 eciam] esset Col 12 nulla concordia om Col 14 possit R 10 sacre  
V Col 20 cum om Col 21 si credantur Col 24 quod om R  
25 incredulitas R

<sup>1</sup> ML 32, 746. CSEL 33, 164.

credenda debet esse firma, indubitabilis, et dubius in hiis iudicatur et punitur ut infidelis. Ergo actoritas ecclesie in hiis est firma, certa et infallibilis nec de ea, ut dicit Augustinus in epistola ad Optat<sup>5</sup> tum<sup>1</sup>, fas est de ea dubitare; alias iniuste ecclesia iudicaret infideles eos qui dubii essent in credendo determinata per ecclesiam circa fidem. Quia ex quo actoritas ecclesie non haberet certitudinem veritatis in sua determinacione, cum posset errare, non videretur iustum quod obligaret fideles ad firmam et indubiam credulitatem ac certam de sua determinacione tenenda inconcussa fide.

Iterum. Non alia actoritate roboratur fides quam prophete predixerunt et sanctum evangelium, et quam docet romana ecclesia, cum sit omnium una fides nec cercior aut firmior fuit in prophetis quam in ecclesia. Sed in prophetis fuit fides firma et certa, quia ipsi quamvis ut homines possent errare, tamen quia in hiis que ad fidem pertinent et ad scripture sancte veritatem inspirati Sancto Spiritu locuti sunt, ideo errare non potuerunt. „Non enim, ait Petrus II<sup>a</sup> Petri I<sup>b</sup><sub>121</sub>, humana voluntate allata aliquando prophecia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.“ Ergo eadem actoritate summus pontifex et ecclesia romana per Spiritum Sanctum directa absque errore docet et determinat veritatem in hiis que ad fidem pertinent, nec in hiis Spiritus Sanctus, qui docet omnem

---

3 firma om R 5 de ea om Col repetitio consueta apud Guidonem 7 fidem] si non constaret quod auctoritas ecclesie non posset errare circa fidem add V 9 videtur R 22 allata est Col

<sup>1</sup> Ep. 190 n. 23 ML 33, 866. CSEL 57, 159 sq.

veritatem, permitteret summum pontificem aut ecclesiam errare. Quia ubi summus pontifex cum collegio dominorum cardinalium sive cum generali concilio congregantur in nomine Domini et pro fide eius, ibi est Christus, qui est veritas sine errore dicens „non 5 enim vos estis qui loquimini sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis“<sup>1</sup>. Et quod papa in determinacione eorum que pertinent ad fidem dirigatur Spiritu Sancto et in eo Spiritus Sanctus loquatur, potest accipi Act. XV<sup>o</sup><sub>12s</sub>, ubi Petrus cum apostolis determinaret 10 legalia non oportere observare conversos ex gentibus, ait: „Visum est enim Spiritui Sancto et nobis.“ Glossa<sup>2</sup>: „Placuit Spiritui Sancto qui, arbiter sue potestatis, ubi vult spirat et que vult loquitur, et nobis non solum voluntate nostra sed instinctu eiusdem 15 Spiritus Sancti“.

Unde ad hanc questionem salva semper veritate et determinacione sedis apostolice ac sancte romane ecclesie, cuius iudicio et correccioni per omnia et in omnibus me submitto, et — quod absit — si aliquid 20 contra veritatem aut sedis apostolice determinacionem dicerem, ex nunc revoco et pro non dicto haberi volo. Igitur premissa predicta protestacione videtur mihi ad salvandum certitudinem et infallibilitatem fidei christiane ac stabilitatem auctoritatis ecclesie quod 25 secunda pars, ad quam inducere sunt ad oppositum secunde raciones, sit vera, videlicet quod dominus

---

. 1 permittet Col 5 Christus Jesus V ipse Christus Col  
Matth. 10, 20 add Col 10 Act V<sup>o</sup> R determinarent V  
Petrus determinans legalia Col 22 dicere R 27 secunde om Col

<sup>1</sup> Matth. 10, 20. <sup>2</sup> Glossa ordinaria ML 114, 457 sq.

papa ad cuius auctoritatem pertinet determinare sententia  
litter et declarare que ad fidem pertinent non possit  
cum consilio dominorum cardinalium errare, et per  
consequens quod determinata circa pertinencia ad fidem  
5 catholicam per summum pontificem cum consilio  
cardinalium non possint per sequentem summum ponti-  
ficem revocari; alias non esset firma fides in hiis  
que circa fidem per ecclesiam statuerentur, ut pro-  
batum est.

10 Et preterea constat quod auctoritate ecclesie libri  
canonis habent robur auctoritatis. Unde per ecclesiam  
libri biblie admissi sunt in auctoritatem et ex auctorita-  
tate ecclesie tenent fideles firmiter predictos libros conti-  
nere infallibiliter veritatem. Nec constat aliter quod illis  
15 libris sit credendum firmiter nisi per ecclesie auctori-  
tatem, quia ut Augustinus dicit in libro *Contra epistolam fundamenti*<sup>1</sup> „evangelio non crede-  
rem, nisi auctoritas ecclesie catholice me || commo- f. 394<sup>F</sup>  
veret“; et beatus Lucas dicit in *Prologo super*  
20 *Lucam* „multi conati sunt ordinare narracionem  
evangelicam“, qui secundum Ambrosium<sup>2</sup> non  
sunt recepti, quia secundum Bedam<sup>3</sup> Spiritus Sancti  
unccione non sunt donati. Igitur si ecclesia in eleccione  
scripture canonice, ut non erraret, creditur fuisse directa

2 quod—pertinet *Col*      3 concilio *Col*      5 concilio *Col*  
7 [firma] vera *Col*      11 canonici *Col*      16 in libro *om V*  
19 Lucas] Ieronymus *R*      23 uncclonel uut'e (?) add *R* munere  
non sunt dotati *V*

<sup>1</sup> Cap. 5 n. 6 ML 42, 176.

<sup>2</sup> Expositio evang. sec. Lucam 1, 1 ML 15, 1612: „quae boni  
nummularii non probarunt.“

<sup>3</sup> In Lucae ev. expositio 1 ML 92, 307: „qui non S. S. mu-  
nere donati“.

Spiritu Sancto, sic quod non licet summo pontifici aliquid detrahere de libris canonicis aut contra eorum veritatem expressam determinare: sic credendum est quod non erret summus pontifex in determinacione fidei, apud quem residet auctoritas ecclesie catholice, 5  
 sed in hiis regitur Spiritu Sancto. Alias posset eadem facillitate dicere aliquis, quod erratum est in eleccione quatuor evangeliorum vel epistolarum vel aliorum librorum, vel quod erratum est in determinando quod essencia non generat nec generatur, cum multe sint 10  
 sanctorum auctoritates, que videntur hoc dicere quod essencia generet et generetur, et fuit expressa sententia Ricardi de sancto Victore contra Magistrum sentenciarum, ut patet libro suo *De trinitate*<sup>1</sup>:  
 ymmo eciam diceretur quod erratum fuit in omni 15  
 concilio et synodo eadem facillitate, et sic nulla fides remaneret certa credendorum. Et eciam si non stetur circa fidem infallibiliter auctoritati ecclesie, que non est nisi in summo pontifice universaliter, eadem facillitate dicetur quod erratum est in articulis fidei et quod 20  
 articuli non fuerunt editi ab apostolis, cum de hiis et epistolis non constet apostolorum fuisse nisi per ecclesie auctoritatem hoc docentis, predictant et determinantis, cuius si vacillet auctoritas, titubat fides in predictis. 25

Unde Hieronymus fidem suam cupit per sedem apostolicam, que ab omni labe heresis manet immaculata, emendari, qui ad papam Damasum *De expla-*

<sup>7</sup> eleccione] determinatione *Col* 10 divina essentia *v*  
 multe *om Col* 13—14 contra—*De trinitate*] libro *De trinitate* *Col*  
 17 remaneret *om Col*

<sup>1</sup> *De trinitate* I. 6 cap. 7 ML 190, 972. (?)

nacione fidei<sup>1</sup> scribit dicens: „Hec est fides, papa beatissime, quam in ecclesia catholica didiscimus quamque semper tenuimus et tenemus, in qua si minus perite aut parum caute aliquid forte positum est, 5 emendari cupimus a te qui fidem et sedem Petri tenes. Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit se imperitum vel malivolum vel eciam non catholicum, non me hereticum comprobabit.“ Et addit Gracianus<sup>2</sup>:

10 „Item sancta romana ecclesia, que semper immaculata permansit, Domino providente et beato Petro apostolo opem ferente in futurum manebit sine ulla hereticorum insultacione atque immobilis omni tempore persistet.“

Et Augustinus in libro *Contra epistolam fundamenti*<sup>3</sup> dicit: „In catholica enim ecclesia, ut obmittam sincerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spirituales in hac vita perveniant ut eam ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitacione cognoscant — ceteram quippe turbam non intelligendi vivacitas sed credendi simplicitas tutissimam facit — ut ergo hanc omittam sapientiam quam in ecclesia catholica non creditis, multa sunt alia que in eius gremio me iustissime teneant. Tenet consensio populorum atque gencium. 25 Tenet actoritas miraculis incohata, spe nutrita, caritate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem

<sup>1</sup> confessio] concessio *V* apostolico tuo *Col* 7 inculpare *V* 22 creditis esse *Col*

<sup>2</sup> Liber S. Hieronymo falso adscriptus. Desumptus ex Decreto p. II, causa 24 q. 1 c. 14 ed. Friedb. 970.

<sup>3</sup> L. c. § 1. <sup>8</sup> Cap. 4 n. 5 ML 42, 175.

Dominus commendavit, usque ad presentem episcopatum successio sacerdotum. Tenet postremo ipsum catholice nomen, quod non sine causa inter multas hereses sic ista ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes heretici se catholicos dici velint, querenti tamen peregrino alicui ubi ad catholicam conveniatur, nullus hereticorum vel basilicam suam vel domum audeat ostendere. Ista ergo tot et tanti nominis christiani clarissima vincula recte hominem tenent credentem in catholica ecclesia, eciam si propter nostre intelligentie tarditatem vel vite meritum veritas nondum se apertissime ostendat. Apud vos autem, ubi nichil horum est quod me invitet aut teneat, sola personat pollicitacio veritatis. Que quidem si tam manifesta monstratur, ut in dubio venire non possit, preponenda est illis omnibus rebus quibus in catholica teneor; si autem tantum modo promittitur et non exhibetur, nemo me movebit ab ea fide que animum meum tot et tantis nexibus christiane religionis astringit.<sup>10</sup>

Ex quibus patet immutabilis et invariabilis ecclesie catholice auctoritas, que post Christum in solo summo pontifice et non in aliqua privata persona noscitur universaliter contineri. Et patet secundum Augustinum quod inter cetera preclarissima vincula, que ipsum et omnem fidem tenent in ecclesia catholica, sunt actoritas ecclesie miraculis incohata, spe nutrita, caritate aucta, vetustate firmata et ab ipsa Petri sede usque ad presentem summum pontificem successio

<sup>9</sup> charissima Col <sup>12</sup> ubi om Col <sup>15</sup> dubium Col <sup>16</sup> catholica] ecclesia add Col <sup>17</sup> modo tantum V <sup>19</sup> nexibus] uxoris Col

sacerdotum et nomen ecclesie catholice que videlicet est absque heresi et errore. Tum quia si auctoritas ecclesie catholice in fide erraret aut a Petri sede usque ad presentem pontificem in determinacione fidei errasset, non essent preclara illa vincula, ut firmiter hominem tenerent in fide ecclesie catholice immo ex lapsu sui erroris rupta essent, ut quisque dubietatis scrupulo vacillaret. Tum quia numquam fuit nec per Dei graciam erit, quin nomen ecclesie catholice in romana ecclesia non sit et non ostendatur, quia verbo Domini firmata est supra firmam petram et porte inferi adversus eam non prevalebunt. Unde cuicunque peregrino querenti ubi est principaliter ecclesia catholica, mox respondetur et ostenditur quod in ecclesia romana, quod secundum Augustinum non fieret, si macularetur heresi.

Preterea. Ponamus aliquem summum pontificem, qui determinaret alica fide credenda, errantem, nesciret tamen quod erraret: aut iste credit determinacionem suam infallibiliter veram cum impossibilitate falsi, aut eam credit veram cum possibilitate et dubio falsi. Si cum possibilitate et dubio falsi, iam ipse dubius esset in fide et in sua determinacione, quam dicit fide credendam, et sic dubius in fide esset infidelis iudicandus et alii eciam crederent suam determinacionem cum dubio, cum eam non magis tenerentur credere quam ipse qui eam determinavit; et sic tota ecclesia esset

---

1 ipsum ecclesie catholice nomen quod *Col* 2 si *om V*  
 4 summum pontificem *V* 6 ex] et *R* 9 catholice *om V*  
 12 Matth. 16. 18 add *Col* 13 principalis *V* 20 impossibilitate]  
 et dubio add *V* 20—21 falsi--possibilitate *om R* 23 de fide  
 esse credendam declaravit *Col*

dubia in fide ac infidelis, quod est impossibile. Si vero  
 . 394<sup>v</sup> talis papa errans in sua determinacione credat eam  
 omnino necessario veram et quod sit omnino impossibili-  
 bile eam falsam esse, credit errorem pertinaciter non  
 posse corrigi a suo successore, quia ex quo credit illam 5  
 determinacionem necessario veram et impossibilem fal-  
 sam esse, credit eam a nullo posse corrigi et sic credit  
 errorem pertinaciter contra potestatem sui successoris.  
 Utrumque autem horum est inconveniens, quia qui-  
 cumque summus pontifex quantumcumque catholicus 10  
 et sine malicia determinans aliqua fide credenda, si in  
 ea possit errare, aut erit dubius in fide aut erit pertinax  
 et incorrigibilis nec paratus corrigi a suo errore et per  
 consequens hereticus, quia Augustinus in epi-  
 stola ad Glorium et Seleucium<sup>1</sup> illos errantes 15  
 solum excusat ab heresi qui parati sunt corrigi. Non  
 ergo videtur quod summus pontifex in hiis que deter-  
 minat fide credibilia possit errare.

Nec obstat, si dicatur quod dominus noster papa  
 Johannes XXII revocavit quod determinavit dominus 20  
 Nicolaus III. Quia dominus papa Johannes non revo-  
 cavit aliquid pertinens ad fidem; ut ostendit in consti-  
 tutione Quia quorumdam. Cum enim dominus  
 papa Nicolaus dixit quod in rebus oblatis fratribus  
 Minoribus nichil iuris et dominii habent fratres ipsi 25  
 nisi solum simplicem usum facti denudatum ab omni  
 iure et dominio ac proprietate tam in speciali quam in  
 communi: quia istud dominus papa Johannes non revo-

---

3 et sic V      quod sit omnino om Col      9 quia] quod  
 scilicet Col      18 credenda Col      20 dominus noster Col      28 quia  
 om Col

<sup>1</sup> Ep. 43 n. 1 ML 33, 160 CSEL 34 I, 85.

cavit sed declaravit hoc debere intelligi in rebus in quibus potest separari usus a dominio et proprietate, ut sunt res immobiles et multe mobiles, non autem in rebus, que usu consumuntur: et declarat quod dominus 5 Nicolaus intelligit quod fratres Minores in rebus, quibus utuntur, habent ius utendi. Et certe absque preiudicio domini Nicolai dominus Papa potuit hoc declarare, tum quia dominus Nicolaus in sua constitucione expresse dicit quod in dubiis, que circa determinata per 10 eum occurserent, habeant dicti fratres recurrere ad sedem apostolicam per eam declarandis; tum quia si dictum Salvatoris in evangeliis, que inter ceteras scripturas canonicas preferuntur actoritate, ut dicit Augustinus I<sup>o</sup> De consensu evangelistarum<sup>1</sup>, 15 recipit exposicionem et declaracionem, longe magis dictum domini Nicolai. Constat autem quod dictum Salvatoris Math. V<sup>o</sup><sub>14</sub> „non iurare omnino“ ex vi locutionis est sic universale sicut dictum domini Nicolai: nam non iurare omnino includit distributionem 20 signi universalis; equipollent enim non iurare omnino ei quod est nullo modo iurare, eo quod omnino est acceptum a toto et omni, quod est universale signum; unde sicut non omne valet nullum sic non omnino valet nullo modo. Et 25 tamen hoc universaliter dictum recipit exposicionem et declaracionem ecclesie, per quam declaratur quod hoc preceptum non vetat secundum Augustinum

1 hoc om Col 5 Nicolaus om R non intelligit R 7 papal  
Johannes add Col 8 Nicolaus om R 13 actoritate] ecclesie  
add V 14 1<sup>o</sup> om Col 15 recepit Col 25 recepit Col

libro *De mendacio*<sup>1</sup> iurare in omni casu, sed vetat iurare absque causa et necessitate, ne ex consuetudine iurandi ad periurium veniatur. Igitur sicut ecclesia absque preiudicio Salvatoris declaravit quod preceptum de non iurando non se extendit, ut prohibeat in 5 omni casu iurare, immo dampnat hereticos qui dicunt quod non licet in aliquo casu iurare: sic potuit et magis dominus Papa dictum domini Nicolai declarare, vide-licet quod Christus et apostoli et fratres habentes iustum usum habent ius utendi et quod in bonis fra- 10 trum Minorum intelligit dominus Nicolaus dominium sibi et romane ecclesie retinuisse quoad omnes res illas, in quibus potest separari usus a dominio, quales non sunt res necessarie ad victum et que usu consumuntur; tum quia, ut dominus Papa dicit, illa non pertinent ad 15 fidem specialiter quid et qualiter fratres Minores habeant; istud enim non pertinet ad fidem et in talibus que non sunt de necessitate fidei et bonorum morum generaliter potest successor revocare et mutare que statuit predecessor, prout sibi visum fuerit expedire, 20 cum in hiis par in parem non habet imperium. Illam etiam paupertatem qua Christus noluit ut pauper cum apostolis habere immobilia nec multa mobilia in com- muni, commendat dominus Nicolaus et non illam que excludit ius utendi et iustum usum nec illam que privat 25 habere iure et dominio res usu consumptibiles, cum sit impossibilis.

1 iurare in omni casu sed vetat *om R* 5 *de] del R* 8 *papa] Johannes V* 10 et *om R* 12 *recepisse V* 16 et *quid Col* 17 non *om R* 20 *sibi om Col* 22 *quam R* 22—24 *noluit—in communi] voluit ut pauper cum apostolis habere immobilia non multa in communi Col* 24 *dominus om R*

<sup>1</sup> N. 28 ML 40, 507 CSEL 41, 448.

Ulterius. Propter obiecta est advertendum quod posito quod papa esset hereticus et sedes apostolica ac ecclesia romana labe heresis macularetur, cuius oppositum dicitur XXIV q. I c. Hec est fides § Item 6 sancta romana<sup>1</sup>, non videtur mihi quod papa hereticus permitteretur a Deo determinare aliquid contra fidem. Et in hoc casu magis provideret Deus toti ecclesie quoad benedictionem populi christiani, ne aberraret a veritate fidei, pro quo Christus est mortuus, 10 pro cuius salute misit Deus Pater Filium suum sustinere maledictum crucis, ut a maledicione eterna eum liberaret, misitque Spiritum Sanctum, ut robur fidei maneret, ipseque Christus, qui secundum Apostolum<sup>2</sup> exauditus est pro sua reverencia, rogavit Luc. 15 XXIII, ne deficeret fides Petri in sede apostolica et romana ecclesia, que verbo Domini et non synodalibus constitutionibus est firmata: quam providit populo israelitico de benedictione optinenda et maledicione vitanda mali prophete et ydolatre scilicet Balaam, cum 20 non minor sit cura Christo de vitanda maledicione infidelitatis a populo christiano quam de vitanda maledicione verbali talis prophete a populo Iudeorum. Sed Deus sic providit illi populo, ut patet Num. XXIIº, quod malus propheta veniens ad maledicendum populo 25 Iudeorum prohibitus fuit a Deo, sic quod non potuit maledicere populo quem Deus benedixerat, immo vellet.

4 hec est] licet Col III § V 6 hereticus] casu add R  
 9 aberraret Col 10 cuius] quoque add Col pater] filius.  
 Rom Col 14 Hebr. 5. 7 add Col 20 minoris V 21 a populo  
 christiano om V vitanda om V 26 Dominus V

<sup>1</sup> Decretum p. II causa 24 q. 1 c. 14 § 1 ed. Friedb. 970.

<sup>2</sup> Hebr. 5, 7.

nollet habuit Balaam populo benedicionem dare, ne Deus mutabilis videretur. Ergo multo forcius, si esset papa hereticus, propter immutabilem veritatem Dei et fidei datam a Deo benedicionem toti ecclesie et populo christiano non permitteret Deus eum determinare here-  
sim aut aliquit contra fidem; sed prohiberet eum Deus aut per mortem aut per aliorum fidelium resistenciam aut per aliorum instrucionem aut per internam inspiracionem aut aliis modis, secundum quos Deus ecclesie sancte et fidei veritati multipliciter providere potest. **10**  
Et sicut pessimus pontifex Cayfas nesciens verum prophetavit ob dignitatem pontificatus<sup>1</sup>, longe magis pontifex, eciam hereticus, propter dignitatem pontificii et salutem populi christiani ac propter honorem fidei et christiane religionis non permittetur determinare in **15**

**i. 395<sup>r</sup>** fide nisi verum. || Quia ut dicit Augustinus libro *De questionibus novi et veteris testamenti* q. XI<sup>a</sup><sup>2</sup> „quanta sit dignitas ordinis sacerdotalis hinc advertamus. Dictum est autem de nequissimo Capha imperfectore Salvatoris inter cetera »hec autem **20** a se ipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetavit«. Per quod ostenditur spiritum graciarum non personam sequi digni vel indigni, sed ordinacionem tradicionis, ut quamvis aliquis boni meriti sit, non possit benedicere nisi fuerit ordinatus, ut officium **25** ministerii exhibeat; Dei autem est effectum tribuere benedicionis“. Unde Ysach non quod voluit, sed quod noluit benedixit; voluit quippe Esau benedicere, sed

---

<sup>1</sup> debuit *Col* 8—9 spiracionem *R* 13 clam om *V* 15 per-  
mitteretur *V* 19 hinc] tunc *Col* 22 *Jo.* 11. 52 add *Col* per]  
propter *V* quo ostenderetur *Col* 27 quod 1, 21 quem *V* *Col*

<sup>1</sup> *Jo.* 11, 51.    <sup>2</sup> *ML* 35, 2223 sq. *CSEL* 50, 36.

non est permissus illum benedicere, sed Jacob, quem Deus voluit, benedixit.

Ad raciones igitur in oppositum est dicendum. Ad I<sup>am</sup> dico et confiteor plane quod omne dictum vel statutum contra veritatem fidei et contra scripture sacre doctrinam determinatum, eciam a quocumque fuerit dictum vel determinatum, et si esset angelus de celo qui hoc enunciaret, est repudiandum, refellendum et revocandum. Sed nullo modo est credendum quod 10 Deus permittat ecclesiam errare in fide aut statuere seu determinare aliquid contra fidem et veritatem scripture divine.

Et cum dicitur quod homo purus viator potest errare et potest statuere et determinare contra fidem: 15 dicendum quod, ut ait Augustinus super Iohannem sermonem I<sup>o</sup><sup>1</sup>, „Iohannes, quia homo inspiratus erat, aliquid dixit, qui si inspiratus non fuisset, nihil dixisset“. Sic eciam prophete et ceteri scriptores sacre scripture, quamvis ut homines possent errare, tamen 20 quia inspirati et in eis Spiritus Sanctus loquebatur, non potuerunt errare, ut veritas scripture firma esset et ne scripturarum sanctorum actoritas vacillaret nec fides titubaret. Unde non obstante malicia prophete Balaam Spiritus Sanctus, qui linguam asine loqui fecit, 25 per illum eciam veritatem dixit: „Orietur, inquit, stella ex Jacob etc.“<sup>2</sup>. Igitur per hominem Spiritus Sanctus

<sup>1</sup> Jacob] Isach R Col 6 eciam] et Col 7 et] eciam V  
 11 seu] sed R 15 est dicendum Col 16 tractatu Col 17 si  
 om R 18 propheta R 20 et in eis] per eos V 22 actoritas]  
 veritas Col nec] ac V nec fides titubaret om Col 25 dixit]  
 prophetavit V Num. 24. 17 add Col 26 etc. om Col

<sup>1</sup> Tract. 1 n. 1 in Jo. ML 35, 1379. <sup>2</sup> Num. 24, 17.

statuit et determinat fidei infallibilem et indefectibilem veritatem. Nam ad utilitatem ecclesie Spiritus eciam malis hominibus secundum Apostolum distribuit dona gracie gratis date, ut dona prophecie, linguarum, sciencie et huiusmodi.

5

Quod vero dicitur quod summus pontifex potest errare: dicendum quod summus pontifex, etsi ut est persona singularis possit in se errare, tamen propter communitatem fidelium et universalitatem ecclesie, pro cuius fide rogavit Dominus, non permittet eum determinare aliquid contra fidem in ecclesia Spiritus Sanctus, a quo ecclesia in fide regitur; immo talem papam a suo malo proposito impediret Deus sive per mortem sive per aliorum resistenciam sive per alias modos ut dictum est.

10

Ulterius. Non obstat quod dicitur de Petro: Tum quia Petrus erravit existens singularis persona, licet enim pontificatus sibi esset promissus, ut patet Mat h. XVI<sup>o</sup> us. 19, cum loquatur in futuro „tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam et tibi dabo claves regni celorum“ et tunc nondum erat ordinatus episcopus, cum secundum Augustinum libro De questionibus novi et veteris testamenti<sup>1</sup> Dominus post resurrectionem apostolorum episcopos ordinaverit, et Petrum pastorem universalis ecclesie tunc Dominus ad summum pontificem instituit cum ei dixit „Pasce oves meas“ Ioh. ultimo. Et sic

4 scilicet et hulusmodi om Col 12 immo] sed ut V papam] personam V Col 17 licet] solum Col 18 erat Col 21 regni celorum om Col 23—24 testamenti om R 25 ordinavit V 27 cum el — summus pontifex om Col

<sup>1</sup> Q. 93 ML 35, 2286. CSEL 50, 162 sqq.

tunc cum negavit Christum, erravit ut persona singularis et non ut summus pontifex. Tum quia Petrus, etsi erravit negando Christum ex timore, tamen non appetet quod erraverit corde: et sic non erravit in fide, qua 5 „corde creditur ad iusticiam“, licet erraverit in confessione fidei, qua „ore fit confessio ad salutem“ Rom. X<sup>o</sup><sub>10</sub>. Tum quia esto quod Petrus errasset in fide negando Christum, non tamen determinavit aut statuit predictum errorem in ecclesia, ut determinando 10 diceret aut doceret quod propter timorem mortis quis deberet negare Christum. Unde posito quod papa esset hereticus in se, tamen Deus non permetteret eum errorem contra fidem determinare, ut ex predictis patet.

Cum vero dicitur quod in passione tota fides 15 remansit in beata Virgine, non obstat: Tum quia non est certum quod apostoli perdiderint fidem quoad actum interiore, quo corde creditur, licet perdiderint quoad actum exteriorem fugiendo. Et sic intelligo Augustinum super Johannem<sup>1</sup> et Glossam 20 super illud Iohannis XIV<sup>o</sup><sub>29</sub> „ut cum factum fuerit credatis“<sup>2</sup> et Gregorium II<sup>o</sup> Moralium<sup>3</sup> et XIII<sup>o</sup> Moralium<sup>4</sup> et Augustinum XX<sup>o</sup> De civitate Dei c.<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup><sup>5</sup>. Tum quia non erat Petrus adhuc summus pontifex, ut dictum est. Tum quia nulla 25 determinacio per ecclesiam fuit facta, qua determinatur quod timore mortis quis deberet fugere a con-

<sup>1</sup> non negaverit *V* in add *Col* a qua *R* quia *Col* 11 unde  
ut *R* 18 sic] si *R* 25 ecclesiam] tempore apostolorum add *V*  
<sup>26</sup> non deberet *Col*

<sup>1</sup> Tract. 79 ML 35, 1837 sq.

<sup>2</sup> Glossa ordinaria ML 114, 410. <sup>3</sup> Cap. 33 n. 54 ML 75, 582.

<sup>4</sup> Forte alludit ad cap. 15 n. 18 ML 75, 1025.

<sup>5</sup> N. 4 ML 41, 708. CSEL 40 II, 511.

fessione Christi; immo Iohannes statim rediit, cum legatur quod vidi Jesus discipulum suum stantantem iuxta crucem Iohannis XIX<sup>o</sup><sub>28</sub>.

Quod autem dicitur quod Petrus summus pontifex erravit in observancia legalium: dicendum quod, ut patet Act. XV<sup>o</sup><sub>128</sub>, Petrus ut summus pontifex non erravit immo veritatem cum Iacobo et aliis determinavit, videlicet quod non oportebat legalia observare, nec posuit in legalibus spem. Et sic, licet errasset postea facto aliter agendo et contra suam determinationem, non tamen erravit contra fidem determinando, ut papa determinat non esse iniustum faciendum et tamen posset iniustum facere, vel determinat Christum confitendum et tamen ex timore posset Christum negare, determinat non ydolatrandum et tamen posset ex timore ydolis sacrificare, ut fecit Marcellinus papa. Unde predicta non sunt contra propositum, ubi queritur an papa possit errare determinando contra fidem, quod a successore tanquam error in fide sit revocandum. Non enim querimus, an papa possit esse in se hereticus, sed queritur, an papa determinando aliquid in ecclesia et obligando fideles ad fidem credendum possit errare, ut error eius non solum concernat personam pape, sed concernat omnes fideles et totam ecclesiam Christi. Quia error concernens personam potest inesse pape, non autem error concernens totam ecclesiam, que tenetur in fide de-

2 suum om V    3 iuxta crucem om V    5 in] circa Col  
legalium] etc. add V    9 errasset] transilllit Col    13 vel] ut  
Col    15 idolis sacrificandum Col    16 thurificare V    18 quo  
Col    23 ad de fide Col    24 omnes] etiam add Col    26 per-  
sonam] papam Col

terminacionem pape inconcussa fide sequi, quam Deus precavet a lapsu fidei et Christus rogavit, ne in ea deficeret fides vera. Iterum. Petrus reprehensibilis et a Paulo reprehensus in observancia legalium non erravit in fide, cum error in fide sit peccatum mortale, sed ut communiter dicitur, apostoli confirmati in gratia post receptionem Spiritus Sancti non potuerunt peccare mortaliter. Igitur non peccavit in fide, sed  $\parallel$  peccavit <sup>t. 395-</sup> volens vitare scandalum eorum, qui conversi erant ex 10 Iudeis, in quo casu non erat vitandum illorum scandalum. Posito tamen quod Petrus in illa simulacione peccaverit mortaliter, ut videtur dicere Augustinus, tamen non credidit quod legalia essent observanda tanquam necessaria ad salutem. Unde Augustinus 15 reducit peccatum Petri ad genus mendacii et non ad genus infidelitatis, ut dicatur non recte ambulasse in veritate Evangelii, non quod contra veritatem Evangelii et contra suam propriam determinacionem crederet legalia necessaria ad salutem; sed quia contra 20 veritatem evangelii aliud fecit et aliud docuit, et aliud credidit et aliud finxit. Unde Augustinus ad Hieronymum<sup>1</sup> dicit „Petrus itaque bene senciit de ablacione legis, sed simulavit pro timore iudeorum ne occasione gentium a fide recederent“. — Ad illud quod 25 inducitur de Anastasio papa, et quod papa possit esse hereticus, patet ex predictis. — Quod vero inducitur de Cypriano, non est ad propositum, cum ipse non fuerit

<sup>3</sup> Iterum] item *Col* 13 tamen] tum *Col* 15 reducere  
videtur *Col* 16 dicat *V* 20 aliud fecit et *om R* 23 legis  
*om Col* simulaverit *R* prae *Col*

<sup>1</sup> Plures sunt hac de re ep. Aug. ad Hieron.: 28. 40. 73. 82.  
In hac postrema n. 11 ML 33, 280 CSEL 34 I, 361 doctrinam  
allegatam alii tamen verbis exprimit.

papa nec eius concilium erat universale et potuit errare et per papam et per generale concilium revocari, ut dicit Augustinus II<sup>o</sup> De baptismo contra Donatistas<sup>3</sup>.

[Beatus etiam Augustinus excusat Cyprianum 8 in epistola sive in II<sup>o</sup> libro contra Vincentium, ubi sic dicit<sup>4</sup>: „Porro Cyprianus aut non senciit omnino quod vos, Donalista, eum sencisse recitatis aut postea correxit in regula veritatis aut hoc candidissimi sui pectoris cooperuit ubere caritatis, dum unitatem 10 ecclesiae toto orbe crescentis et copiosissime diffendit et perseverantissime tenuit vinculum pacis; scriptum est enim «caritas cooperit multitudinem peccatorum». Accessit huic etiam, quod tanquam fructuosissimum, si quid in eo fuerit emendandum, purgavit Pater falsae 15 passionis. Samentum enim, ait Dominus<sup>5</sup>, quod in me dat fructum, purgat illud Pater meus, ut maiorem fructum faciat.”]

Abit ergo quod Ecclesia parvo aut modico tempore deviet a fidei veritate, que in petra veritatis, que 20 Christus est, fundata existit, unde in fide firma et immobili omni tempore persistet. XXIIII<sup>6</sup>, q. I c<sup>o</sup>. Hec est fides.]

Hæc dicta sunt sine temeraria assertione et salva veritate et sub correctione sedis apostolice et ecclesie 25 romane, cui nunc et semper et in omnibus dictis meis et dicendis per omnia me submitto.

<sup>3</sup> candidissim V      <sup>4</sup> sint Col      <sup>5</sup> assertionem Col totam  
protectionem om V

<sup>6</sup> Cap. 2—5 ML 43, 128—132. CSEL 51, 174—184.

<sup>7</sup> Ep. 83 n. 40 ML 88, 840 sq. CSEL 84 II, 483 sq.

<sup>8</sup> Jo. 18, 2.